



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Historica Relatio De Potentissimi Regis Mogor**

**Peruschi, Giambattista**

**Mogvntiae, 1598**

**VD16 P 1672**

Excerpta Ex Annvis Indiae Orientalis, Anno M. D. XCV. A P. Prouinciali ad R.  
P. Claudium Aquauiuam Generalem Societatis Iesv datis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65012)

HISTORICA RELATIO  
EXCERPTA EX ANNVS,  
IS INDIAE ORIENTALIS, AN-  
NO M. D. XCV.

*A P. Prouinciali ad R. P. Claudium A-  
quauinam Generalem Societatis IESV  
datis.*

**C**HEBAR quem vulgo vocant, Mag-  
num Mogor, anno superiore per Lega-  
tum suum, iam tertio, idē; magnopere,  
missionem aliquorum Patrum postu-  
lavit. Ac mox Prorex P. Prouincialem maiorem  
in modum rogavit, vt voluntati eius annueret.  
Et quoniam P. Prouincialis cognouerat ex V. P.  
quantopere exoptaret Patres aliquos Societatis  
sedem suam habere in Vrbe Lahor & aula huius  
potentissimi Regis, respondit se acturum cum  
suis Patribus, & daturum responsum. Consilio  
ergo de missione habito, conclusum est, esse sus-  
cipiendam, tum quod illa esset V. P. voluntas, &  
tanto studio missio expeteretur, tum quod Dei  
mos sit res magnas prorogare in tempus sibi soli  
exploratum: fieri autem posse vt hoc sit tempus  
à Deo decretum, quo in opulentis illis regnis o-  
culi sint aperiendi, omnisque ab infelicibus illis  
& excæcatis mortalibus cæcitas & infidelitas re-  
mouēda. Cum autem in deliberationem vocaretur,  
quis in hanc missionem ablegāndus esset, torsit  
tam foelix cum multorum, vt ita dicam, inuidia  
sancta incidit in P. Hieronymum Sciaui, qui  
tunc erat Goanæ domus Præpositus, quam sor-  
tem

tem, aiebat, in se casuram, iam multo ante intimo quodam animi sensu ominatum fuisse. Ut conditionem acceptauit, adiuncti illi sunt comites duo, P. Emmanuel Pinnerus, & Benedictus de Gois frater; confectisq; ornamentis pro Ecclesia & instrumento ad sacra celebranda necessario, alijsq; rebus collectis, in viam se dederunt duce illo Armeno, qui primos Patres, vt P. Rodolphum Aquanuiam cum socijs, eo perduxerat. Abnauigarunt hinc vecti vna triremi versus Daman, & inde Cambaiam, vbi Dominus Deus noster cepit illis dare præludium ingentis fructus consecuturi, tantaq; consolatione affecit, vt iam videretur factò ipso labores missionis compensare. Et quia aliquot dies substiterunt Cambaiæ, in domum quandam aram suam transtulerunt, ibique collecti, quasi in Ecclesia, confessiones audierunt, & Sacramenta administrarunt Lusitanis, alijsque Christianis illic commorantibus. Sed fructus, qui hac nostra mora hic factus est, principiaque & argumenta messis in posterum faciendæ, accuratius intelligentur ex aliquibus capitibus litterarum à Patribus ipsis hinc transmissis, iam subiiciendis,



C EXCER.